UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis amelio [et] amico martyribus. Cap[itulum]. xxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ipſumq̈ alexandrie ſibi ſucceſſorẽ epm ordina-
uit. Sed poſt magiſtri martyrium anianus oẽs
ciuitates circuibat: ⁊ verbũ dñi inſtanter ꝑdi-
cabat: miraculiſq̈ clarebat. Inter q̃ contractũ
vnũ ad queſtũ ſedentẽ erexit: ⁊ mulierem in da
maſco obſeſſam a demonio liberauit: a quo pa-
rentes eius dolentes: eo ꝙ ex ipo immũdo ſpũ
aliqua predicente plurima lucrabant: ipm ad
baiulũ tanq̈ magũ traxerũt occidẽdũ. Quẽ il-
le audiens famãq̈ eius ⁊ vitã ſanctã cõperiẽs
libere dimiſit. ¶ Deinde anianꝰ leproſum quẽ-
dam a medicis incurabilẽ a lepra mundauit: ⁊
eum cũ oi familia baptizauit: ac deinde alexan
driã deguit. Obitũ aũt ſuũ ſibi diuinitꝰ reuela
tum ꝑſciẽs: angelica monitiõe milonẽ diſcipu-
lũ ſuũ in epatu ſibi ſubſtituit. Ipe aũt clarꝰ vir
tutibꝰ in pace q̈euit. iiij. noñ. octo. Sepultuſq̈
eſt iuxta corpꝰ bti marci in loco baculi. Cuius
corpus ꝓceſſu tpis venetias inde trãſlatum in
monaſterio ſancti clemẽtis recõditũ ſeruatur.

¶ De ſancto petronio epo. Cap. xx.

Petroniꝰ eps bononie apud eandẽ
ciuitatez claruit tpe
theodoſij ſecundi imperato-
ris. Hic natiõe grecus ex ſtir
pe impatorũ conſtantij ⁊ con
ſtantini deſcẽdit: vnde ⁊ theo
doſius auguſtus ſororẽ eiꝰ in
cõiugẽ accepit. A cunabulis
xpianus ⁊ litteris grecis ⁊ la
tinis eruditus philoſophie ⁊ ſacris ſcripturis
operam dedit: vñ ⁊ doctor eccleſie dei inſignis
extitit clericale adeptꝰ officiũ in palatio theo-
doſij cunctis prefectꝰ: elemoſynas vberes pau
peribꝰ tribuebat: ⁊ corpus ieiunijs atterebat.
¶ Cum autẽ arriana peſtis inualeſceret. Theo
doſius petronium romam ad papam celeſtinũ
direxit: pro fidei veritate diſcutienda. Qui dũ
ad portũ tyberinum applicuiſſet: a clericis ro-
manis a papa obuiam ſibi miſſis honorifice ſu
ſceptus eſt. Nocte enim precedenti celeſtinus
papa per viſionem a beato petro monitus fue-
rat: vt legatum imperatoris bononie in epiſco-
pum preficeret: eo ꝙ eorũ eps defunctꝰ eſſet.
Summus pontifex ergo petroniũ grauiſſime
ſuſcepit: ⁊ ipm ſecum in palatio manere prece-
pit. Tertia ꝓo die bononienſes ciues romã ve-
niunt: ⁊ epiſcopum ſuum pape defunctum di-
cunt: atq̈ paſtorem ſibi dari depoſcunt. Celeſti
nus igitur viſionem referens petroniũ omnibꝰ
approbantibus bononie epiſcopũ cõſecrauit.
Qui bononiam ꝑductus populũ domini verbo
⁊ exẽplo docuit. Eccleſias multas ab arrianis
dirutas reparauit: ⁊ baſilicã ſancti ſtephani de
nouo conſtruxit. ¶ Poſt hec theodoſius romã
veniens: dum quendã legatum ſuum bononiã
deſtinaſſet: illeq̈ vt ſuperbus vnum nobilẽ ver-
beraſſet: ⁊ ob hoc a propinquis interfectꝰ fuiſ-
ſet: theodoſius iram diſſimulans bononiam ve
nit: dũq̈ iuxta ciuitatẽ eſſet: quidã nepos eius
obijt quẽ ille pacifice ſepelire velle ſimulans a
ciuibꝰ: qui ei timẽtes portas clauſerant: ſe in-
tromitti poſtulauit. Introductus aũt: poſt ne-
potis ſepulturã in ciues irruens: multos occi-
dit: palatia ⁊ eccleſias plurimas diruit: et ciui-
tatem ex magna parte deſtruxit: propter quod
a ſancto ambroſio de eccleſia expulſus eſt: vt ſu
pra habitũ eſt in legenda ambroſij. vij. idus de
cembris. Petronius ꝓo eccleſiarum reparatio
ni ſolicite intendebat. ¶ Dũ autem operarium
quendam cum columna ruentem vidiſſet: ſic ſi-
gnum crucis oppoſuit: ꝙ columna integra ma-
nens cecidit: ⁊ magiſter ille in nullo colliſus ſi
mul ruit: ⁊ ſine leſione permãſit. Qui erectꝰ ret
tulit: ꝙ ad crucis ſignũ ab epo editũ iuuenẽ cã
didũ ſibi aſſiſtentẽ conſpexerat: qui ipm ⁊ colũ
nam ſubſtentãs ad terrã depoſuerat. ¶ Dein-
de petronius cum imperatore cõſtãtinopolim
redijt multas ab eo gratias ⁊ priuilegia ciuita
ti ſue obtinuit: ⁊. v. corpa ex innocẽtibꝰ impe-
trauit. Que ſecũ deferens bononiã repedauit.
Et poſt vitã laudabilẽ in pace q̈euit. Sepultꝰ
in eccl'ia ſcti ſtephani quam ipe edificauit. iiij.
noñ. octo. ¶ Hic ſctũs vir monachoꝝ ſtudijs in
ſtructꝰ vitas patrũ egypti monachoꝝ ſcripſiſſe
credit: quas veluti vite ⁊ ꝓfeſſionis ſue normã
⁊ ſpeculũ amplectunt. Scribit gẽnadiꝰ legiſſe
ſub illius noie ordinationẽ epi ratione ⁊ humi
litate plenã: quã ob ſtili elegantiam eius fuiſſe
non credit. Sed petronij huius viri elegantiſſi
mi fuiſſe plurimi tradũt: quia in eodem tracta-
tu ſe prefectum pretorij fuiſſe deſignat. Scri-
pſit ⁊ homelias euãgeliorum plures. Hec gen
nadius de viris illuſtribus.

¶ De ſanctis amelio ⁊ amico mar
tyribus. Cap. xxi.

Amelius ⁊ Amicus marty-
res paſſi ſunt tẽ
pore karoli ma-
gni ꝓ defenſiõe
eccleſie dimicantes. Hi duo
pueri vno die orti ſunt ameli-
us ex ciuitate auerneñ. Ami-
cus ex milite bericano tẽpore pipini regis frã-
corum. Qui adeo ſimiles omnibus mẽbris cor-
poris ⁊ liniamẽtis fuerũt: vt nec ab ipſis parẽ-
tibus ⁊ notis diſcerni poſſent. Similitudinem
eandem habentes ſimilitudinem etate proce-
dente: in omnibus moribus ⁊ loquela. Qui cũ
a parentibus iam ſeptẽnes romam baptizan-
di deferrentur: in ciuitate lucana ſeinuicem in
uenerunt: vbi inter ſe ſocietatem amiciſſimam
et vnionem voluntatum adeo firmauerunt: vt
deinceps vnus ſine alio: nec cibum vellet ſu-

mere: nec in lecto quieſcere. Papa igitur deus dedit eos baptizauit: ⁊ vidēs eos in tantū ſimillimos: vtriq; eorū ſcyphū argenteū auro ⁊ gēmas ornatū: per oīa ſimilē dedit. Sicq; ambo ad propria redierūt: ⁊ etate procedēte: dudū in vnū habitauerunt: verū defuncto amici patre. Iuuenis de caſtro paterne hereditatis ab emulis eiectus eſt. Qui dū ad comitē ameliū veniſſet: eū a patria abſentē repperit: ⁊ itinerando illū perquirere cepit. Cuius infortunium amelius audiens: amicū verſa vice dudum requiſiuit. Dū aūt amicus apud quendā nobilem virū hoſpitatus eſſet: filiā eius in coniugē accepit: ſecūq; per annū ⁊ dimidiū permāſit. Deinde relicta vxore ad ameliū requirendū abijt. Quē poſt multos labores inuenit in prato prope pariſius: iuxta flumen ſequanā cum familia epulantē: ille vō amicū ⁊ ſuos hoſtes eſſe arbitrans bericanos: armatus cū ſuis contra eum ꝓceſſit. Et dū bellū vellent aſſumere. Amelius amicum loquentē audiuit: ⁊ ad vocē ipm recognouit. Sicq; mutua viſione letantes: ambo ad curiā regis karoli acceſſerunt. Quos rex ſtrenuos videns vnū eorum theſaurariū: alterū vō ſuū fecit dapiferū. ¶ Poſt annos tres: amicus ameliū relinquens de conſenſu regis ad vxorē reuiſendā acceſſit. Quod diſcedente amelius diabolo inſtigante: filiā regis virginē oppreſſit: quod ⁊ arderico: qui ſe eius intimū ſimulabat: ſecretius reuelauit. Poſt aliquot dies ille ſcelus regi patefecit. Amelius vō a rege captꝰ cum crimen omnino cōmiſiſſe negaret: a rege cōpellitur: vt ſuā innocentiā duello cum arderico cōprobaret. Qui inducias dierū. xxx. poſtulauit quā ⁊ obtinuit. Interea amicus redijt: et ordinē rei geſte ab amelio didicit. Qui ſecreto ameliū ad vxorē ſuam miſit: ipe vō in termino ſtatuto ſe regi preſentans in pſonā amelij: ſeq; ameliū mentiens: duellū ſubire ſe libenter obtulit. Qui a rege ⁊ omnibus amelius putabat: voluitq; rex: vt prius ſe iuramento purgaret. Qui cum regis filiā ſe minime cognouiſſe iuraſſet: ⁊ ardericus ecōtra illū ſibi hoc dixiſſe ſacramēto firmaſſet. Amicꝰ in bello obtinuit ⁊ arderică interfecit: filiā quoq; regis bellixendā ſibi a patre traditā in perſonā amelij deſponſauit. Mox relicta curia: ad ameliū abijt: ⁊ ei cūcta per ordinē nūciauit. Amelius vō cū vxore amici vſq; tūc fuerat: ⁊ eā intactā cuſtodierat: quē illa virū propriū exiſtimabat. Amelius aūt ad curiā rediens: filiā regis ab amico deſponſatā in coniugē habuit: ex qua duos gemellos procreauit. ¶ Poſt aliquod tempus amicus leproſus efficitur: ⁊ ab vxore ſua eijcitur: et dum ad caſtrum ſuum proprium bericanum veniret: a ſuis expulſus romā adijt. Quē conſtantinus papa quis eſſet audiens: benigne ſuſcepit. Elapſus autem tribus annis cum fames valida romanos opprimeret. Amicus ad comitē ameliū venit: quem ille vti leproſum effectum minime recognouit: ex charitate tamē peregrinū ſuſcepit. Cum aūt ſcyphū a papa deus dedit ei donatum amicus ꝓduceret. videns amelius ſcyphū per oīa ſuo ſimilē amicū recognouit: ⁊ eum humaniſſime tractauit. ¶ Poſt aliqt vō dies diabolus in ſpeciē angeli raphaelis trāſmutatus: ameliū p viſum admonuit: vt duos filios ſuos gemellos triēnes decollaret: ⁊ eoꝝ calido ſanguine amici leprā perfunderet: illeq; ſtatī mūdationē reciperet: quod amelius licz doloroſe: tamē ex intima amici charitate facere mox curauit: ⁊ ſtatim amicus mūdationē ſuſcepit. Dū aūt vterq; eoꝝ ad eccleſiam gratias acturi deo pergerent: morteq; filioꝝ amelius deploraret: reuerſus filios ſuos repperit ſuſcitatos: ⁊ i lecto ludentes: ac oīno incolumes: ſaluo ꝙ circa colla eorum ſignum rubeū in modū fili ſerici ex inciſione apparebat in teſtimoniū miraculi glorioſum. Extūc ergo amelius de crimine penitētiā egit: ⁊ cū vxore caſtitatis votū emiſit. Uxor vō amici a diabolo obſeſſa p precipitiū expirauit. ¶ Demū dū ad pces adriani pape karolus rex frācoꝝ ad defenſionē eccl'ie romāe veniſſet in italiā contra deſideriū longobardoꝝ regem hereticum: bellumq; in campania in loco dicto mortaria commiſſum eſſet: ⁊ multi hincinde ex vtroq; exercitu cecidiſſent. Amelius ⁊ amicus qui erāt cum karolo pro eccleſia catholica pugnantes in prelio occiſi ſunt: ⁊ martyrio conſecrati. Sed poſtq̄ rex francoꝝ victoriā obtinuit duas eccleſias apud papiam edificauit. vnā in honorem ſancti euſebij: alteram in honorē beati petri. In prima quarum amicus: in ſecunda ſepultus eſt amelius. Mane autem diuino nutu ambo corpora in codē tumulo reperta ſunt in eccleſia regali. Paſſi ſunt autem ſancti martyres quarto non̄. octobris.

¶ De ſanctis Marcelliano ⁊ Marco et ſocijs martyribus. Cap. xxij.

Marcellianꝰ ⁊ marcus ⁊ alij innumerabiles martyres vtriuſq; ſexꝰ ⁊ cuiuſlibet etatis apud egyptū paſſi ſunt: quoꝝ alij poſt vbera vngulas ⁊ flagella aliaſq; diuerſi generis cruciatꝰ flāmis traditi ſunt: alij in mare precipitati: nōnulli etiam capite ceſi: plurimiq; inedia conſumpti: quidā patibulis affixi: in quibus aliqui capite deorſum preſſo ⁊ pedibus in ſublime erectis: beatiſſimā paſſionis coronā percipere meruerūt. Marcellianus autē ⁊ marcus omniū principaliores flammis exuſti ſacrificium odoriferum domino reddiderūt. Horum omniū paſſio agit iiij. non̄. octobris. Hec ado.